

pp:



.32.

DISSERTATIO JURIDICA
DE

CARCERE
OBÆRATORUM

Vulgò

Schuld-Zhäm

Quam

Deo auxiliante,

permissu

Amplissimi Jctorum Ordinis

in

Inclyta hác Salanâ,

PRÆSIDE

DN. JOH. FRIDERICO GEORGI

J. U. D. & supremarum Curiarum Saxo-Ducalium

Advocato Ordinario

Publicæ Eruditorum disquisitioni

submittit

AUTOR

JOH. CHRISTOPHORUS DANNHAUER

Northusa Thuring.

Ad dem Julii

Literis Samuelis Adolphi Mülleri, Anno 1679.



32

DISSERTATIO JURIDICA

DE

CARRERE

OBFERATORUM

Vulgo

Bequälte

Quam

Deo servante

permissa

Amplissimi Jurorum Ordinis

in

Inclita hac Salina

RESIDE

Dr. JOH. ERIDERICUS GEORGI

J. U. D. & imp. avarum Curatorum Szco-Ducatum

Advocato Ordinatio

Publice Examinatus

in

A. T. O. R.

JOH. CHRISTOPHORUS DANNHALLER

Notarius Publicus

in

Linii Samobii Josephi M. D. C. C. C. Anno 1772





J. N. D. N. J. C.

TH. I.



Ura admodum fuit apud Romanos obætorum conditio, utpote qui, quando solvendo non erant, creditoribus adjudicabantur, quibus ex *LL. XII. Tab.* eos non solum in vincula conjicere, usque ad necem loris verberibusque operire, servituti mancipare, atque cum liberis universaque familia venum exponere; sed &, quod majus est, eorum corpora in partes disseccare & inter sese distribuere licebat, uti *Gothofr. ad Rnbr. de Cession. bonor. Gail. de P. P. cap. 2. Dav. Mev. ad jus Lubec. l. 1. tit. 3. art. 1. n. 1. & seqq. & alii ex Gell. Noct. Att. lib. ult. cap. 1. & aliis* referunt. Verum sicut postremum nunquam in usum pervenit. *Gudel. in Tract. de jure noviss. lib. 4. cap. 16. vers. extremum*, sed referente *Gothofr. l. c. ex Terzull.* hæc crudelitas publico consensu erasa est; ita etiam contra ejusmodi carceris coercitionem, atque corporum afflictiones *Lege Julia Cessionis bonorum* flebile adiutorium, uti vocatur *l. 7. C. qui ced. bon. poss. seu miserabile auxilium l. 8. C. d. t.* est indultum: imò ob æs alienum servire liberos creditoribus jura compelli planè non patiuntur. *l. 12. C. de O. & A.* sed ad cessionis beneficium admissus hujusmodi vincula, servitutem, carcerem & infamiam pertimesce-

scere necesse non habet. *l. 2. C. de Exact. tribut. l. i. C. ult. C. qui bon. ced. poss.*

Th. II.

Homine ingrato terra nil pejus alit *Auson. in epigram.* & beatus *Bernhardus* inquit, quod ingratitude sit ventus urens, siccaans fontem misericordiae, rorem pietatis & fructum gratiae, *cit. Panormit. in c. fin. de donat.* neque quemquam latere potest, quam semper fuerit debitorum ingratitude apud omnes, honestos sane, exosa. Ejusmodi enim hominum fex, qui res suas decoquere, hisque perditis & dilapidatis dum alicunde sumere, aequum; alienum contrahere, & hinc scienter fallere, nec non legum beneficiis abuti, inter artes referunt, in causa est, ut usus & publica utilitas a civili illa clementia recesserit, & necessitate ita exigente, ut perfidiae, malitiaeque metus metu compesceretur, & negotiantes incaute cautius mercari discerent, ad jus Romanum jam obsoletum, carceres sc. & compedes rursus quodammodo deventum sit, ex quo originem traxit carcer, quem vulgo *Schuld-Thurm* appellant.

Th. III.

Latine vocatur Carcer obaeratorum *Magnif. Dn. Struv. in tract. de Vindict. priv. cap. 11. a. 37.* quem describere licet, quod sit locus, in quo debitores, eorumve fidejussores, qui dolo non solvendo facti sunt, recepti coercentur, ad reprimendam ipsorum malitiam, autoritate publica introductus & confirmatus. Alias apud Autores passim dicitur *Carcer publicus*, & quidem non in eo sensu, quo opponitur privato carceri, qui olim sub poena ultimi supplicii *lun. C. de privat. carcer.* quae hodie est arbitraria, referente *Magnif. Dn. Struv. Synt. J. C. Ex. 49. th. 50.* est inhibitus: Sed quod tam legibus publicis, quam moribus, non in Italia, Hispania, Gallia, Anglia, Dania & Belgio modo; sed etiam

etiam in superiori Saxonia, praesertim in celebrioribus eius
emporibus constitutus sit, & approbatus. *Mev. ad Jus Lubec.*
l. 1. tit. 3. art. 1. n. 33. Dn. D. Beier. in add. ad Synops. Instit. Schulz.
tit. de Act. l. bb.

Th. IV.

Quis obaratus, & solvendo non sit, patet ex *l. 114. ff. de
verbor. signif.* sc. qui solidum solvere non potest, & qui tan-
tum aëris alieni contraxit, ut factâ excussione, bona ipsius
universa ad solvendum non sufficiant, juxta *Novis. Sere-*
niss. Elect. August. part. 2. Const. 22. §. und nach dem wir *vers.*
die wissentlich so viel auffborgen / oder in andern wege so viel
schuldig worden / daß man sich deswegen an aller ihrer Haab
und Güter nicht genugsam erholen kan. cui concordat textus
Ordin. Polit. Archiep. Magdeburg. cap. 10. §. do jemand.
Modo neqvitiâ, dolo, malôque vivendi more bonis lapsus
fit d. Const. Elect. p. 2. vers. so viel auffborgen. *junct. vers.* Auch
zum Abscheu vieler leichtfertigen Personen *Ordinat. Torgav. de*
anno 1583. tit. von denen die da mehr auffborgen als sie zu bezahlen
vermôgen *vers.* daß man gleichwohl hierbey erwege. *Ordin. Po-*
lit. Archiep. Magdeb. d. c. in princ. Resolut. Grav. Sereniss.
Elect. Sax. Dn. Johann. Georg. II. tit. von Justitien Sachen /
§. 78. vers. daß die jenigen so gefährlicher Weise. *B. Carpz. ad d.*
Const. 22. p. 2. Def. §.

Th. V.

Ex definitione constat, quòd carcer iste adinventus
sit, inque eum conjici possint. (1.) debitor ipse, de quo
principaliter hîc agitur (2.) Obaratorum debitorum fide-
jussores, quoniam fidejussor creditor tam firmè obligatur,
ac debitor principalis. *l. 4. §. fin ff. de fidejuss. l. 10. C. eod.*
ac proinde si & ipsi solvendo non exsunt, in carcerem
publ. conjici queunt. *Const. Elect. August. 22. p. in princ. vers.*
oder über Vermôgen sich in Bürgschafft einlassen / und er

möchte bey seinem Gläubigern keine Nachlassung erlangen 26.
*Ordinat. Torgav. de anno 1583. tit. von denen die mehr auff
borgen als sie bezahlen mögen. §. 1. vers. in mehr Schuld oder
Bürgschafft. Resolut. Grav. nov. tit. von Justitien Sa-
chen. §. oder sich in Bürgschafft verschreiben. Nec recedit
Ordin. Polit. Magd. l. c. vid. B. Dn. Carpz. p. 2. Corst. 22.
Def. 20. n. 1. Et quoniam dispositio legis vel statuti facta
de persona principali, etiam in ejus hæredibus locum
habet l. 44. ff. ad SCtum Trebell. quippe qui una eadem-
que persona cum defuncto habentur. argum. Nov. 48. c. 1.
l. 14. C. de R. V. l. 3. C. de rebus alien. non alinand. carcera-
tio hæc etiam extenditur (3.) ad hæredes, tum principa-
lis debitoris, cum etiam fidejussoris, per generalem con-
stitutionem, quod omnis obligatio ex contractu ad hæ-
redes transmittatur. l. 49. ff. de O. & A. l. 152. §. ult. ff. de
R. 7. etiamsi fidejussoris hæredum in fidejussionis instru-
mento nulla facta fuerit mentio. Joh. Schneidervv. ad §. 2.
Inst. de fidejuss. B. Dn. Richter. Decis. 55. n. 12. & seqq. &
Decis. 90. num. 28. Nec obstat, quod in Landr. lib. 1. art. 6.
dispositum videatur, quod nisi ipsi fidejusserint, non
obligentur, quoniam de causa planè singulari, de furto
sc. rapina vel eo quod lusu perditum est, textus iste lo-
quitur, id quod ex verbis initialibus. d. art. 6. puncta Gloss.
Lat. ad text. Latin. ibid. & ad German. ibid. lit. A. satis
superque constat. Nisi hæreditatem adierint cum in-
ventario. Coler. process. executio. part. 1. cap. 10. num. 334.
quo facto, cum ultra vires hæreditarias non teneantur.
l. 22. C. de juro deliber. à carceris molestiis absolvuntur.
Berlich part. 2. conclus. 28. num. 21. Mev. supra all. l. n. 55.
Sed cum de jure Saxonico hæres indistinctè sive inven-
tarium de hæreditate confecerit, sive non, ultra vires
hæreditarias non teneatur, modo juratam edere speci-
fi-*

ficationem sit paratus, indeque colligi queat, hæredem pro debito defuncti nullo modo capi & incarcerari posse *Carpz. part. 2. Const. 22. def. 20.* ea quæ supra diximus ita volumus intellecta, ut carceratio in hæredem etiam in foro Saxon. extendatur, quando sc. in hæreditate, postquam ipsam adiit, male verusatus est, iuque fraudem creditorum eam dolose abligurivit, atque deterioravit, ita ut inde creditoribus satisfieri non possit. Neque h. l. de carcere conventionali, quando nempe creditor ex pacto semetipsum ad carcerem obligavit, quæ obligatio merè personalis est, neque ad hæredes pertransit. *Carpz. d. Def. 20. Const. 12. part. 2. & Def. 10. Const. 21. Coler. de process. exercit. part. 1. cap. 10. n. 333.* sed de legali, seu qui per consuetudinem introductus est, nobis sermo est.

Th. VI.

Monuimus supra *Th. I.* quod is, qui bonis cedere velit, ab hisce molestiis se liberare possit, quoniam statutum illud, quo debitor sc. obæratu ad carcerem damnatur, tunc demum locum habet, quando bonis cedere nolit. *Coler. process. execut. part. 1. cap. 10. num. 120. Carpz. d. Const. 22. def. 11.* quod iure Lubec. receptum esse *Mey. ad d. lib. 1. tit. 3. art. 1. num. 1. & seqq.* & in Provinciis Saxon. extra Electoratum praticari *Richter. Comm. ad Authent. part. 2. disput. 5. coral. 3. testantur:* In foro tamen Saxon. Electoral. hoc non procedit, sed aliud receptum est: hic namque debitores carcerem evitare, licet vel millies bonis cedere sattagerent, non possunt. *Const. Elect. August. 22. part. 2. in princ. vers. und es soll ihn davon keine Abtretung seiner Güter und cessio bonorum noch ichtes anders entledigen. Resolut. Grav. Sereniss. Elect. Johann. Georg. II. tit. von Justitien Sachen/§. 7. & 78. vers. noch von ihren Gläubigern wieder den Willen*
durch

Durch Abtretung ihrer zur Zahlung nicht zu zureichenden
Güther zu entledigen und zubefreien haben' *add. Carpz. p. 2.*
Const. 22. def. 12. Quod etiam approbavit *Reverendiss.*
Archiepiscopus Magdeburg, in sua Ordinat. Polit. d. cap. 19.
§. ult. vers. da von ihn denn keiner Abtretung der Güther
und *cessio bonorum* entledigen und befreien soll. Sed hoc
limitatur : Nisi creditores in cessionem bonorum con-
senserint, eamque approbaverint. *Const. Elect. August. 32.*
l. c. ohne Bewilligung seiner Gläubiger. Cui consentit *d.*
Ordin. Polit. Archiep. Magdeburg. c. l. wider seiner Gläubig-
er Bewilligung, tunc namque iis panitere, & debitorem
ad carcerem rapere non licet. *argum. l. 5. C. de O. & A.*
Carpz. part. 2. Const. 22. Def. 13. per tot.

Th. VII.

Dolus & nequitia indecoquendo debitorum, ut
carceratio procedat, requiritur. His igitur annume-
randi non erunt, qui absque sua culpa, sed lex accidenti
Nov. 135. pr. & casu fortuito, seu fortunæ vitio, ut puta: in-
cendio, rapinâ, aquarum magnitudine, hostium & pi-
ratarum incurſu, item casu, morteque animalium. *l. 23.*
ff. de R. J. l. 5. §. 3. ff. pro socio ad inopiam & calamitatem
sunt redacti. *Berlich. part. 2. conclus. 28. num. 48.* *Dav.*
Mev. ad jus Lubec. lib. 1. tit. 3. art. 1. num. 42. & part. 8.
Dec. 389. Carpz. part. 2. Const. 22. Def. 5. num. 4. cum seqq.
His enim jure naturali commiserationem merentibus
nullo statuto cessionis beneficium adimi posse, & si tale
statutum, quo ipsis dictum beneficium denegetur, pro-
mulgetur, non valere, putat *Petr. Heig. part. 1. qu. 35.*
num. 45. Unde *Sereniss. Elector. August. in d. Nov. 22.*
§. fin. hanc clausulam adjicere voluit : Wir behalten uns
aber daneben absonderlich vor / wenn wir befinden werden /
daß einer oder mehr von wegen erlittenen Brandeschadens /
Schiff.

Schiffbruchs / oder durch andere unversehliche / und ohne sei-
ne Verwarnung beschehene Fälle / in Schulden und eusser-
stes Beerden gerathen / daß wir auch derentwegen nach
Gelegenheit der Personen und anderer Umstände / Linder-
ung und Milderung der Straffe verordnen / und sonst die
Dinge nach Billigkeit / entweder entscheiden / oder gebührlich
weisen lassen wollen. Idem confirmavit modernus Se-
reniss. Elector. Saxon. Joh. Georg. II. in Resolut. Gravam.
tit. von Justitien Sachen S. 49. vers. würde ein Schuldner
richtige gläubige Urkunden und Schein vorbringen / daß er
aus unversehnen / ohne alle seine Verwarlung zugestanz-
denen unglücklichen Unfällen / als wegen erlittenen Brandes
Schiffbruchs / und dergleichen / in Schulden und Verderben
gerathen / so wiederführe ihm nach Verordnung der Rechte
derentwegen billig Linderung. *conf. Carpz. d. Def. 5.*

Th. VIII,

Ulterius carceri objici non possunt (1.) Juris ali-
arumque Facultatum Doctores, *per Gloss. Lat. ad text.*
Germ. Landr. lib. 3. art. 39. lit. a. Carpz. part. 1. Const. 22.
Defin. 18. ratio est, quod Doctores sint privilegiata per-
sona, quæ non tantum pro debito ; sed etiam pro cri-
mine carcerari jure non possunt, ut tradunt, *Dd. ad l.*
Medicos C. de Profess. & Medic. quo jure eos in Saxonia
adhuc uti, tradit *Georg. Schultz Synops. Inst. de Act. lit. bb.*
Modò functionem à Dignitate sua alienam, neglectis
studiis, non exercuerint. *Coler. de process. executiv. part.*
1. cap. 6. num. 151. aut nimia prodigalitate indigentiam
sibi attraxerint. *Berlich. Conclus. 28. num. 43. Dn. Carpz. d.*
Const. 22. Def. 18. num. 9. Mey. ad jus Lubec. l. 1. tit. 3. artic.
1. num. 46. & seqq. & part. 8. decis. 389. ubi num. 7. idem de
benè meritis de republ. asserit. (2.) Nobiles, mercatu-
ram, aut indecoras artes non exercentes. *Coler. d. l. cap.*

B

3. num.



3. num. 135. Berlich. l. c. num. 40. & seqq. Carpz. d. Def. 18.
num. 4. Mev. d. l. n. 49. (3.) Clerici, inter officii sui can-
cellos remanentes. c. Odoardus X. de solut. gloss. in l. Miles
6. ff. de re judic. & jam allegati (4.) Ii quibus competen-
tia beneficium jure tribuitur Berlich. l. c. num. 36. hi enim
licet solidum solvere possint in id tamen solum con-
demnantur, quod facere possunt, h. e. ita, ut condem-
nati, quamvis plus debeant, possint tantum de bonis suis
retinere, quantum ipsis ad honeste vivendum, & evitan-
dam egestatem sit necessarium l. 19. §. 1. l. 13. ff. de re judic.
l. 173. ff. de R. J. Magnif. Dn. Struv. Synt. J. C. Exerc. 44.
& h. 20. Hoc beneficio gaudent (a) Parentes, & liberi.
l. 16. & l. 30. ff. de re jud. (b) Patronus, & patrona, ho-
rumque liberi. l. 17. ff. d. t. (c) Maritus ratione dotis, &
cujuslibet contractus, stante matrimonio cum uxore ini-
ti. l. 17. l. 20. l. 21. l. 24. §. 1. ff. solut. matrim. sive ob aliud
debitum. l. 20. ff. de re judic. nec non pater mariti. l. 12. ff. d.
& l. 15. §. fin. & l. seqq. ff. solut. matrim. & pater uxoris. l. 22.
ff. de re judic. l. 17. ff. solut. matrim. (d) Donator ex cau-
sa donationis conventus. l. 12. ff. de donat. l. 19. & l. 30. ff.
de re judic. (e) Socius. l. 16. ff. d. t. l. 63. ff. pro soc. (f) Mi-
les. l. 6. ff. de re jud. conf. Magnif. Dn. Struv. l. c. & similes
personæ, quas late recenset Nicol. in process. judic. part. 3.
cap. 5. num. 5. & seqq. Carpz. d. l. Def. 19. Quæ tamen
omnia cum grano salis, & distinctione causæ, ex qua de-
bent inopesque facti sunt, intelligenda erunt, ne favor
legis malitiæ & perversæ negotiationis sit tegumentum.
Mev. l. supra al. num. 51. Porro carceri non traduntur
(5.) Pupilli & minores, quorum favor aliàs in jure est ma-
ximus Berlich. part. 2. Conclus. 28. num. 37. Carpz. part. 2.
Const. 22. Defin. 19. num. 1. & 2. Mev. ad jus Lubec. d. l. n.
44. (6.) Debitor, qui tempore contractus solvendo non
fuit.

fuit, Nec interesse arbitramur, an creditor istud sciverit, nec ne: quoniam qui cum aliquo contrahit vel est, vel minimum esse debet non ignarus conditionis ejus, ut loquitur *Ulpian. l. 19. ff. de R. J.* si enim ignarus conditionis ejus cum aliquo contrahat, indeque detrimentum sentiat, sibi hoc imputet, quod ejus conditionem non melius investigaverit. *Bronchorst. in d. l. 19. ff. de R. J.* si sciens; de se queratur: scienti enim & volenti non fit injuria, neque dolus. *l. 1. §. 5. ff. de injur. c. scienti de R. J. in 6. l. 34. C. de transact. Berlich. d. l. num. 45. Carpz. d. Const. 22. def. 17.* (7.) Qui dilationem quinquennalem à majori creditorum parte impetrarunt, quà durante, nullus à creditoribus ipsum molestare potest. *Dn. Carpz. l. c. Def. 29.* (8.) Is, cujus servitiis respubl. eget, *Coler. process. exec. part. 1. c. 6. num. 99. Mev. ad jus Lubec. l. c. num. 78.* Denique (9.) si debitum sit exiguum seu modicum *Berlich. l. c. num. 44. Carpz. l. c. Def. 16. num. 10. & seq.* Modicum autem debitum appellatur, quod est infra duos aureos. *l. 10. ff. de dol. mal.* rectius tamen hujus aestimatio judicis arbitrio relinquatur, ut vult. *Mev. tract. de arrest. cap. 10. n. 31.*

Th. IX.

De mulieribus obæratas non incommode quæritur, an & hæc propter debitum incarcerari possint? & respondemus quod non, rationem addentes, quod de jure communi cautum est, quod nulla mulier pro pecunia fiscali seu privata causa, aut pro crimine quolibet modo in carcerem mitti aut includi aut custodiri permittatur, per expressa verba textus *Authent. hodie novo jure C. de custod. reor.* Et cum hæc juris communis dispositio jure Saxon. abrogata haud inveniatur, utique adhuc ei firmiter erit inhærendum, *arg. l. 37. §. 32. fin. C. de Appel-*
lat.

Lat. Nisi mulier ex pacto sese ad carcerem propter debitum proprium ipsa rite obligaverit, & quidem prius de hoc edocta & certiorata secundum *Nov. Sereniss. Elect. August. part. 2. Const. 21.* §. ob denn auch wohl. ubi habetur: Ob wohl eine Weibsperson in causa civili nicht zu incarceriren, dennoch so sie dieses certioriret, und sich gleichwohl hierüber wissendlich zu persöhnlichem Arrest oder Gehorsam verschrieben oder beständig zugesaget hat / so were sie es auch zu halten schuldig wann es wegen ihrer eignen selbst Schuld geschehen. *Georg. Schultz. in Syn. Inst. tit. de Act. lit. bb. add. Coler. process. execut. part. 1. cap. 3. num. 163. Berlich. d. conclus. 28. num. 30. & seqq. Carpz. d. l. Def. 19. Mev. l. c. num. 124. & seqq.* aut per observantiam & singulare statutum aliud receptum sit, ut *Mev. c. l. de fori Lubec.* observantiâ foeminarum carcerationem admittentis testatur.

Th. X.

Verum ne confuso ordine, seu præposterè ad hujus carceris executionem & ob malè servatum ordinem judicarium nulliter procedatur. *l. 4. C. de sent. & interlocut. ibid. Brunem. num. 2.* & creditores nimium prope-
rantes debitori ad interesse, atque injuriarum nomine teneantur. *Carpz. part. 2. Const. 22. def. 2. n. 8. & seq.*
præprimis quatuor in debitorum non solvendo existentium carceratione observanda veniunt. (I.) ut debitum sit verum, & liquidum: nam ob illiquida ad media executiva non proceditur, nec potest quis pro iis capi & personaliter detineri. *Bald. in l. 16. C. de judic. num. 10. Berlich. part. 2. Conclus. 28. num. 52.* Liquidum autem est, quod ex confessione adversarii seu debitoris; ex causa judicati; ex instrumentis jam præsentibus & garantigiatis, deberi certum est, aut minimum probari & osten-

ostendi facile potest. *Magnif. Dn. Struv. Synt. J. C. Exerc.*
21. ff. 20. Hinc lequitur, judicem ad incarcerationem de-
 bitoris, si is debitum neget, pervenire non posse, quo-
 niam negatio debitum efficit incertum. *Sichard. add. l. 16.*
C. de judic. num. 4. add. Berlich. l. c. num. 55. Carpz. d. Const.
22. Def. 2. num. 16. (2.) Ut judex sit competens: quod
 namque à judice incompetente fit, perinde habetur, ac
 si privata auctoritate factum esset, ideoque pro nullo ha-
 betur. *Coler. process. executiv. part. 1. cap. 1. n. 12.* Com-
 petentia semper ex rei persona aestimatur, ut actor for-
 rum rei sequi cogatur. *l. 2. & l. 5. C. de jurisd. omn. jud.*
l. fin. C. ubi in rem act. Tripliciter autem h. l.
 judex competens esse potest. (a) Ratione domicilii:
 Nam hoc forum domicilii est generalissimum, ita ut reus
 ex quacunq; causa ibidem conveniri possit, cumque aliis
 sortiendi forum modis concurrat. *Dn. Carpz. part. 1.*
const. 29. Def. 19. num. 2. Magnif. Dn. Struv. Synt. J. C. Ex-
erc. 9. th. 35. (b) Ratione contractus: Nisi debitor sit va-
 gabandus, vagabundi enim, qui certum forum habenti-
 bus opponuntur, quocunque locorum inveniuntur,
 conveniri possunt. *Carpz. 2. Resp. 25. num. 12. Besold. Thes.*
pract. verb. Hausheblich, quae confirmantur text. express.
Ordinat. Process. judic. Saxon. Tit. 52. Wie des Schuldt-
 Thurms halber mit den Schuldner zu procediren s. vers
 daß er solch sein Suchen bey den Gerichten darunter der debi-
 tor gefessen/oder anzutreffen vorbringen soll. (3.) Ut carcera-
 tionem precedat excussio bonorum sufficiens, sine qua
 ad incarcerationem deveniendum non est. *Ordinat. pro-*
cess. Saxon. l. c. vers. erstlich daß der debitor gnugsahm exe-
cutiret sey/und sich so viel bestude/daß seine Güther zur Be-
zahlung nicht zureichen Const. Elect. August. 22. part. 2. vers.
nach ergangener Hülffe execution und excussion. Ordinat.

Polit. Archiep. Magdeburg. cap. 19. §. do jemand. Executi
autem debent non solum bona principalis debitoris, ve-
rum etiam fidejussoris ejus, utpote quæ debitoris sub-
stantiam sustinere dicuntur. *Hering. de fidejuss. cap. 16. n.*
17. Imò si tam debitor, quam fidejussor in aliò locò seu
territorio sufficientiam suarum facultatum alleget, me-
ritò audiendus est, & bona alibi sita sunt excutienda. *Co-*
ler. process. executiv. part. 1. cap. 1. n. 132. Berlich. d. l. n. 59.
(4.) Ut relinquatur decoctoribus facultas tractandi cum
creditoribus. *Ordin. Process. Saxon. l. c. §. 1. vers.* Daß er
Mittel und Wege anzeige / wodurch er den Gläubiger zube-
friedigen getraue / hinc si sufficientia ad solutionem offerat
media, à carcere est liberandus. *d. Ordin. process. Saxon.*
§. 2. vers. soll der Schuldner pflichtig seyn : qualia media
reputantur (a) solutio debiti realis. *Const. Elect. August.*
22. part. 2. vers. biß er die Gläubiger befriedige. *Resolut.*
Gravm. Sereniss. Elector. Saxon. Joh. Georg. II. tit. Von
Justitien Sachen §. 78. vers. und / biß er die Gläubiger be-
friediget. *Ordinat. Polit. Archiep. Magdeburg. cap. 19. §. do*
jemand vers. biß er die Gläubiger befriedige. *Berlich. part. 2.*
conclus. 28. num. 81. Carpz. d. Const. 22. Def. 8. n. 6. Mev. ad
jus Lubec. l. 1. tit. 3. art. 1. num. 79. non solum sortis, ve-
rum etiam accessorii seu ejus interesse. *argm. c. accessori-*
um. 42. d. R. J. in 6. d. part. 2. Const. 22. vers. biß er den
Gläubiger befriedige. & *ibid. Carpz. def. 9. per tot.* (b)
Transactio cum creditoribus *d. Const. 22. vers.* Oder sich
sonsten mit ihrem guten Wissen und Willen mit ihnen ver-
trage und abfinde. *Ordin. Polit. Archiepisc. Magdeburg. l. c.*
oder sich sonst mit ihnen vertrage. *Berlich. d. l. num. 81.*
Carpz. ad d. const. 22. Def. 8. num. 9. Hinc si creditores
decoctoribus gratiam facere & debita spontè remittere
velint, carcerationem non obtinere constat, quoniam
de

de jure & interesse illorum potestatem agitur, & quilibet favori pro se introductio renunciare potest. *l. 20. C. de transact. Resolut. Gravam. Sereniss. moderni Elector. Saxon. Joh. Georg. II. l. c. vers. gleich wohl sie aber zur gutwilligen remission und Erlassung der Hafft vermögen thäte.* *conf. Carpz. d. Const. 22. def. 6. (c) Cautio fidejussoria seu pignorantia, Resolut. Grav. Sereniss. Elect. Saxon. Johann. Georg. II. d. t. §. 78. vers. oder gnugsahme Versicherung mit Pfanden oder Bürgen aufrichtet.* *add. Carpz. d. l. Def. 15. Berlich. conclus. 28. num. 83. & seqq. Mev. l. c. num. 147.* Non tamen admittitur juratoria, nisi consentiente creditore. *Resol. Grav. Sax. l. c. vers. und durch Eydliche Caution ohne der Gläubiger consens, &c. Carpz. d. l. Def. 14. per tot.*

Th. XI.

Casus esto : Titius civis Lipsiensis à Cajo aliquot millia Joachimicorum diversis temporibus mutuo acceperat. Præterlapsis aliquot annis debitor persolvere debitum non potest, Cajo autem creditum repetendo solutionem urget, verum Titius excussis omnibus quæ Lipsiæ habet bonis, tam mobilibus quam immobilibus, non solvendo esse reperitur. Sed ad evitandas carceris molestias jam imminentes allegat prædium suum feudale, sub Litzensi præfectura situm, rogans, ut excussio etiam in hoc extendatur. Hinc quaeritur, an excussio in isto prædio feudali locum habere possit? Si quidem ex Domini agnatorumque consensu debitum contractum statuerimus, dubitandum vix erit, quin pro rata ejus in feudum excussio fieri possit, propter text. *1. F. 13*; sed si ignorante eo, videtur negativè respondendum esse: cum enim Vasallus invito Domino alienare feudum non valeat, *2. F. 9. §. 2. 55.* nec excussionem quæ ipsa distra-

distractionem involvit permittere poterit. Verum enim-
verò, cum ob patris debita non feudalia filius, deficientibus
hæreditariis bonis, in feuda contra se executionem pati te-
neatur, juxta *Ordinat. Torg. de Anno 1583. tit. Welcher
Gestalt die Agnaten etc.* per quam Sereniss. Elector Con-
stitutionem suam 46. correxit, quid nî & excussionem,
quæ ipsa executio est, in ipsis fieri posse statuamus. Non
aliter tamen hoc volumus intellectum, quàm de fructi-
bus & proventibus feudi, in quos, invito quoque Domi-
no, executio fieri, creditorque eorum colligendorum gra-
tiâ in feudum immitti potest, *Magnif. Dn. Struv. Exerc.
feud. cap. 14. th. 32.* Feudi verò ipsius distractio non, ni-
si consentiente Domino, fieri permittitur. Num verò Do-
mino consensum requirenti denegare fas sit? necessita-
tis sanè in casu alienationem, justa nisi ex causa, impediri
non posse docent *Myns. 6. Observ. 30. n. 5, Rosent. c. 9. con-
clus. 3. n. 9.* sed vix est ut in præsentî, ubi necessitatis cau-
sam dolo sibi contraxit Vasallus, idem statuamus, quin
potius dicamus ipsum carcerem evitare non posse, nisi re-
siduo debiti brevi extingvendo redditus feudi sufficientiant.

Th. XII,

Creditori debitorem propriâ autoritate capere non
licet, cum nemo sibi ipsi jus dicere possit, & uti *Th. 10.*
diximus, Judice ad hoc opus sit. Quod tamen cum li-
mitatione intelligendum est, sc. nisi debitor sit fugitivus,
tunc namque non solum prehendi, sed etiam si quid se-
cum fert, tantum ei, quantum debet, propriâ autoritate
auferre licet. *l. 10. §. 16. ff. quæ in fraud. creditor.* & hoc
quidem propterea, quod debitor fugiens creditori non
relinquit spacium adeundi judicem. *Magnif. Dn. Struv.
tract. de vindict. priv. cap. 6. a. 9. n. 2.* & periculum est in
mora, ubi melius est, in tempore occurrere, quàm post
exitum

exitum vindicare. *l. 1. C. quand. liceat unicuique sine iudic.* Imò non modò capi, verùm etiam, si eo locò publici non sint, privatis carceribus includi, & detineri posse, tradunt Dd. dummodò quamprimum fieri poterit, publicis offeratur, *laudatus Dn. Struv. l. c. & ibid. all.* Sed quid, si debitor solùm de fuga suspectus sit, anne & tunc propriâ autoritate capi, & carceri includi poterit? Et quamvis eo casu iudex adiri possit, tamen Dd. concludunt, quòd talis capi, & privato carcere detineri queat; modò ea suspicio post contractum debitum sit orta, eaque urgentissima, & debitum liquidum. *Magnif. Dn. Struv. l. c. & all.* ne tamen turbis detur occasio, melius creditor faciet, si illum iussu magistratus capi curabit. *Gail. l. 2. de P. P. cap. 4. n. 9. jung. Mev. ad jus Lubec. lib. 1. tit. 3. art. 1. n. 38. & seqq.*

Th. XIII.

Processus ab executione non est inchoandus. *l. 1. C. de execut. rei judic. l. 9. C. de Obl. & Act.* sed facta accusatione Iudex debitorem legitimè citare, & terminum ei præfigere debet. Cum enim citatio sit juris divini & naturalis *Nicol. process. part. 1. cap. 3. n. 3. & seqq.* nec non omnium instituendarum actionum & iudicii suscipiendi principium. *§. ult. J. de pæn. rem. litig.* & per consequentiam ad processus seu ordinis iudiciarii essentiam pertinet. *Gail. 1. Obs. 48. n. 2.* atque omitti nullo modo possit, *l. 47. pr. ff. de re judic.* ne reo defensio, quæ itidem juris naturæ est, adimi videatur. *Magnif. Dn. Struv. in Evolut. Ex. 5. g. 2.* ideò & in hoc processu omitti nequit, id quod confirmat. *Ordin. Process. Judic. Saxon. tit. ult. §. 1. vers. und die Gerichte hierauff dem Schuldner einen sonderlichen Termin ernennen.* Hic terminus est in foro Saxon. ut plurimum quatuordecim dierum. *d. Ordin. Proc. l. c.* zum längsten auff 14. Tage. Jure Lusat. terminus sex hebdomadas continere debet. *Ordin. Provinc. Sup. Lusat. de anno 1582. tit. von denen die nicht zu bezahlen haben/ vers. so soll er.*

Th. XIV.

Ne iudicium reddatur elusorium, dum debitor, de termino certior factus, fugam fortè petat, iudici decoctorem capere licet, in quo sequentia serventur necesse est: Ante omnia perpendat iudex, utrum debitor de fuga sit suspectus, nec ne? Illo casu, indistinctè ad capturam est deveniendum, prius tamen suspitione fugæ probatâ. *Coler. de process. executiv. part. 1. cap. 2. n. 126.* Sed quoniam uti dilapidationis, ita & fugæ periculum probatu admodum difficile est, hisce præsertim temporibus, quò homines dilapidando ad inopiam vergentes valdè cauti sunt & circumspècti, fugam usque ad extremum horulæ spacium callidissimè occultantes, ne detectio propositio malè accipiantur, summaria saltem præcedere debet probatio, sc. decoctorem facere præparamenta ad fugam; res suas confalasse; diu latitasse. *vid. D. Hahn. diss. d. jur. arest. th. 93. Peck. de jure sistend. c. 16.* aut iudex potius ipse, quis de fuga suspectus sit, æstimabit, uti habetur *in Ordinat. Process. Sax. tit. 52. §. 5. vers.* Soll der Richter/ vor den die Sache gelanget/ die Umstände und Gelegenheit des Schuldners wohl erwegen. insuperque creditor cautionem de indemnitate atque lite prosequenda præstet; Hoc verò, quando sc. de fuga non constat, præfixus terminus est expectandus *d. Ordin. Proc. Saxon. §. 5. in pr.* Verùm, si terminus quidem instet, debitor autem nusquam appareat, quid tunc faciendum? Respondet *d. Ordin. l. c. circa fin.* nempe ad instantiam creditoris investigetur, imò, si creditori ita placuerit, ipsi à iudice ad capiendum literæ insidiales, vulgo *Steck-Brieffe*/exhibeantur, itidem prius præstitâ cautione.

Th. XV.

Debitor ita legitimè citatus in terminò præfixò comparere debet. *l. 2. pr. ff. si quis in jus vocat. non jerv.* & tunc si media ad solutionem offerat sufficientia; qualia ut jam *th. 10.* diximus, sunt solutio; cautio fidejussoria, aut pignora-

ti-

titia, quippe quæ solutionis vice est: *l. 6. §. 1. ff. de munerib. & honor.* Transactio &c. aut aliam idoneam causam, quæ carcerationem impediatur, adducat; puta: quod inter eas personas, quæ jure immunitatis à carcere gaudent, notoriè numeretur; vel excussio bonorum nondum facta sit; aut cā factā appareat, quod inde creditoribus satisfieri possit, audiendus omninò est, neque prius ad carcerationem deveniendum. *d. Ordinat. Process. Saxon. tit. ult. §. 3. in pr.* Necessè tamen est, ut, si horum quid allegare vult, quippe quæ in facto consistunt, & probari debent *l. 12. §. 2. ff. de capt. & postl. l. 1. C. de probat* illud sine prolixitate & protelatione faciat; siquidem Sacratiss. Elector. Saxon. expressis verbis præcipit, ut statim post hunc terminum debitor jura sua & excusationes oretenus, duabus alternativis positionibus, unâ cum creditore proponat, & ad sententiam concludat, quæ deinceps executioni danda, neque admittatur contra ipsam Leuteratio aut Appellatio *l. c. vers. do er aber.* Quando verò horum neutrum allegare & præstare queat, pro satis excusso habetur. *d. Ord. Proc. Sax. l. c. §. 2. vers. und wenn er solches nicht thun/ noch so viel Schein vorbringen kan. conf. Carpz. part. 2. Const. 22. Def. 7. per tot. Coler. part. 1. Dec. 137. n. 47.*
Th. XVI.

Ex syndicatu tenetur judex malè judicans, aut alicui injustè incarcerando injuriam faciens. *Berlich. p. 1. Decis. 45. n. 6. & seqq. Myns. cent. 5. observ. 69.* Hinc ne decoctor quoque, dum poena carceris durissima, uti vocatur *d. Const. 22. part. 2.* ipsi dictatur, de sibi illatâ injuriâ queri possit, sibi judex consulere poterit, quando, antequam ea poena irrogatur, acta & res in termino gestas irrotulet, & ad probatum quoddam Prudentum dicasterium, aut Collegium juridicum transmittat, horumque sententiæ strictè insistat, quò factò nullâ actione pulsari poterit, quia secundum leges processisse videtur, qui ex Prudentum consilio judicavit, *argm. der P. H. G. D. Caroli V. artic. fin. Carpz. in Pract. Crim. part. 3. q. 127. n. 28. & q. 116. n. 24.* Imò hoc fieri debere, expressis verbis Sacra-

tiff. Elect. Saxon. Joh. Georg. I. in *Ordinat. process. Sax. d. 5. ult. §. 3. vers.* damit er sich aber gleichwohl nicht zu beschweren habe. præcepit.

Th. XVII.

Qualitatem publici carceris quod attinet, notetur, quod non debeat esse subterraneus & obscurus, qui bestiis magis vermibusque quam hominibus convenit; sed tolerabilis, clarus & solari lumine obvius. *l. 1. C. de custod. reor.* neque imponendæ sunt debitori manicæ ferreæ, quæ neque in atrocissimis delictis adhiberi solent, nisi carcer sit minus munitus. *Brunn. Process. Inquisit. cap. 8. memb. 1. n. 20.* siquidem ad continendos, non puniendos homines carcer haberi debet. *l. 8. §. 9. ff. de pænis*, quod velle videtur *d. Const. 22. Elect. August. §.* es soll aber so, dum inquit: Es soll aber das Gefängniß darinnen er lieget leidlich seyn/ und Er dermassen darinnen enthalten werden/ damit ihm dadurch an Leib und Leben keine sonderliche und hohe Beschwerung zugesüget werde. Hinc merito personæ incarcerandæ habenda est ratio, & perpendendum, an sit senex, an juvenis; an robusta an debilis. *Brun. l. c. & ibid. all.*

Th. XVIII.

Alimenta debitori incarcerato jure communi à creditore, qui ipsum incarcerari curavit, debentur, docente *Gloss. in l. fin. verb. agnoscere C. de erogat. mil. Brun. de Cess. bonor. q. 6. n. 8. Mev. part. 3. decis. 104. & Decis. 124. & alii:* neque in Foro communi Saxon. illud correctum est, Er soll ihn halten mit Kost und Arbeit. *Weichbild art. 27. & Gloss. ibid. n. 14. Coler. Process. execut. part. 1. c. 6. n. 103. Berlich. part. 2. concl. 28. n. 72.* in tantum, ut si creditor illi de necessariis alimentis prospicere recuset, debitor dimissionem ex carcere petere & impetrare queat. *Coler. l. c. n. 107. Mev. ad jus Lubec. l. 1. tit. 3. art. 1. n. 107. & seqq.* In Electoratu Saxon. hoc aliter sese habet, ubi alimenta debitori à creditoribus minime subministrantur, sed si in bonorum excussione de iis nihil actum & constitutum fuerit, ipse debitor, unde sese sustentet, cogitabit. Wenn aber von dem Gläubigern seine

Alia

Alimenten und Unterhaltung halben/ in der *execution* und *exa-*
cussion seiner Güther/ keine Verordnung oder Aufsetzung ge-
macht/ so wird er selbst drauff zu denken wissen/wie und welcher
Gestalt er seine Unterhaltung haben möge. *Const. Elect. August.*
22. part. 2. §. es soll aber. Si vero res illi planè ad restim re-
dierit, & tanta ejus apparet paupertas, ut se nullo modo a-
lere possit, ex eleemosynis transeuntum victum sibi paret,
quæ vel ab ipso illos implorando, vel à peculiari ad hoc con-
stituta persona, colligi debent. *Ordin. Process. judic. Sax. tit.*
52. §. 6. per tot. Coler. d. Process. execut. part. 1. cap. 6. n. 108.
Berlich. l. t. num. 76. Carpz. d. Const. 22. part. 2. Def. 22. n. 8.
quod de Bohemiæ quoque, Galliæ & Angliæ observantia as-
serit. *Mev. d. l. num. 73.* Sed si neque eleemosynæ ad ali-
mentationem sufficiant, ad dispositionem juris communis
recurrendum est, & creditor ipsum alere tenetur, nisi ve-
lit, ut creditor è carcere à judice dimittatur. *Berlich. d. con-*
clus. 28. num. 77. Quando autem creditor hoc pacto in de-
bitoris alimentationem expensas facit, ipsas, secundum præ-
fatum jus commune, debitore ad pingviorem fortunam
rediente, aut, si à carcere se quoquò modò liberare velit,
ante dimissionem, legitimâ liquidatione factâ, non minus
quàm sortem repetere potest. *Coler. part. 1. Decis. 281. n. 4.*
Carpz. d. Def. 22. num. 12. Neque creditor ipsum ita susten-
tare & exhibere tenetur, qualiter semetipsum alere consue-
verat, sed tantummodo ad necessaria: neque ad uxorem
liberosque ejus alimentatio extenditur. *Mev. part. 3. decis.*
194. Brunn. ad l. 34. ff. de rejud. n. 4.

Th. XIX.

Ante constitutiones Electorales D. Augusti tempus
carcerationis debitorum ita aestimabatur, ut, si creditor de-
bitorem carcere potius detinere, quàm ipsum sibi ad ma-
nus tradi (quo de infra paucis dicemus) ejusque operis uti
vellet, tunc singulis diebus carceratio aestimabatur, ad in-
star operarum, quas, si iis adhibitus fuisset, præstare potuis-
set, & hoc pacto carceratio imminuebat subindè debitum,

debitorque post temporis spatium à debito & carcere fiebat
immunis, uti habetur in *Weichbild art. 27. n. 16. & 17.* Mit
Gefängniß siset einer die Schuld ab. Sed hodie in Electoratu
aliud receptum est, ubi debitor carceri inclusus tam diu in eo
continetur, donec quod debet solverit, aut aliter credito-
ribus satisfecerit, quod videre est ex *d. Const. 22. §.* und nach-
dem wir *vers.* so soll er auff Ansuchen eines oder mehr der Gläu-
biger in den Schuldt-Thurm geleyet / und so lange darinnen ver-
warlich enthalten werden / bis er die Gläubiger befriedige / oder
sich sonst mit ihrem guten Wissen und Willen vertrage und ab-
finde / cui assensum præbet, *Ordin. Polit. Archiep. Magdeburg.*
cap. 19. §. do jemand circa fin. ad Carpz. ad. d. Const. 22. Def. 8.

Th. XX.

Quamvis statutum simpliciter & indefinitè loquens
etiam extraneis profit. *Bartol. in l. cunctos. 1. C. de summa*
Trin. tamen, si quò in locò carcer obaratorum contra debi-
tores est introductus, creditor extraneus petere non potest,
ut debitor incola in eum conjiciatur; quod quidam retor-
sionis beneficio fieri putant, quos late refutat, *Magnif. Dn.*
Struv. in tract. de Vind. privat. cap. 11. a. 32. & 37. nisi quoq;
eò, ex quo creditor est oriundus locò, similis carcer vigeat,
velliteris reversalibus, à suo Magistratu datis caveat, eun-
dem processum etiam contra debitores sui loci ejus-
dem loci creditoribus aliquando non denegatum iri,
ut habetur in *d. Ordin. Process. Saxon. tit. 52. §. ult. Berlich.*
part. 2. conclus. 82 num. 28. Carpz. part. 2. Const. 22. Def. 26.
De advenis & forensibus autem, quin in Electoratu Saxon.
aut alio in loco ubi ejusmodi carcer in usu est, contra eos hic
processus institui possit, dubium planè nullum est, modo
ibidem contraxerint, simulq; inveniuntur. *Coler. process.*
execut. part. 1. cap. 3. n. 171. & seqq. Berlich. l. c. n. 28. Carpz.
d. Def. 26. n. 5. & seqq.

Th. XXI.

Jure communi Saxon. aliud contra ejusmodi deco-
tores adinventum est remedium, sc. adjudicatio ad manus
cre-

creditoris, quâ debitor, quando solvendo non est, credito-
 ri ad manus adjudicatur, eum in finem, ut ipsum vel in
 compedibus & vinculis detineat, vel ejus operis & servitiis
 utatur, donec vel his, vel alia ratione, integrum solvat debi-
 tum. Landr. l. 3. art. 39. in pr. Wer da Schuld fodert im Ge-
 richte auff einen Mann / der nicht gelden mag / noch Bürgen se-
 hen / der Richter soll ihm den Mann antworten *ibid. Gloss num. 3.*
 Weichbild. art. 27. in pr. Et hæc adjudicatio admodum an-
 tiqua esse videtur, apud Israëlitas in Republ. Hæbraicâ quo-
 que usitata, quod innuunt verba mulieris apud Prophetam
 Eliam conquerentis: Nun kömpt der Schuldner / und will mei-
 ne beyde Kinder nehmen zu eignen Knechten. 2. Reg. 4. v. 2.
 nec non Parabola Domini nostri Jesu Christi. *Matth. 18.*
 & alia Sacræ Scripturæ loca: neque præcis Romanis fuit in-
 cognita, uti jam supra Th. I. ostendimus. Hujus adjudica-
 tionis effectus potissimum triplex est (1.) adjudicatus fit pro-
 prius homo creditoris. *d. art. 39. Landr. non quidem servus,*
sed in servitute constitutus, quæ longo inter se intervallo
differunt; illud namq; jus personæ respicit, hoc verò in fa-
cto consistit. S. ult. J. de ingenuis ibiq; Vin. Ludvvel, Frantzck.
& alii Mev. ad jus Lubec. lib. 1. tit. 3. art. 1. n. 85. & seqq. (2.)
Privato carcere debitor à creditore detineri potest. Gloss.
Germ. ad d. art. 39. Landr. n. 4. Mev. l. c. n. 101. & seqq. (3.)
Operas suas debitor creditori præstare tenetur. d. art. 39.
Landr. art. 27. Weichbild. & Gloss. ibid. n. 17. Sed quoniam
hæc pluribus persequi non est nostri instituti, ea mittimus,
& aliis hanc materiam uberius tractandam relinquimus,
interea Coler. Process. execut. part. 1. cap. 3. & seqq. Mev. ad
jus Lubec. l. 1. tit. 3. art. 1. Hahn. ad VVesenb. w. tit. de Ces-
sion. honor. Berlich. & CarpZ: ll. cc. Magnif. Dn. Scruv. Synt.
JC. Exerc. 44. th. 32 & alii de ea videamur.

Th. XXII.

Caterum quaritur, an ejusmodi statuta & mores ju-
 ste probentur? pro dubitandi ratione movere posset,
 quod is qui bonis cedit, vincula, servitutum, carcerem &
 alia

alia incommoda pati jure compelli non possit. l. 2. C. de ex-
act. tribut. l. 1. & l. ult. C. qui bon. ced. poss. & quod jura li-
berum hominum ab æs alienum servire nolint. l. 12. C. de O
& A, Sed quoniam Princeps potestatem habet ferendi le-
ges, & latas corrigere, prout viderit efflagitare commune
reipubl. bonum. vid. tract. Molin. de Just. & jure & legiti-
ma statuta & consuetudines ejusmodi rationabiles, in iis,
ubi vigent locis, in causarum decisionibus juris communis
autoritatem optinent. argm. l. 32. l. 35. l. 36. & l. 37. ff. de L. L.
Sctis & long. consv. conf. Carpz part. 3. Const. 20. Def. 6. n. 9.
Const. 38. def. 19. item Const. 3. def. 19. n. 5. & 6. frustra de eo
disputatur: Hæc enim statuta, dum debitorum impro-
bitatem, quâ fidem planè exulere cogunt, perfidiam au-
tem subindè introducunt, & nemini ferè cordi est, quod
illi apud Comicum, qui, heus! inquit, quanta curam hæc
mea paupertas est, tamen adhuc curavi unum hoc quidem,
ut mihi esset fides, sed fallere, decipere & decipi quotidia-
num sit, nisi planè extirpare, minimum tamen coercere,
atque priscam fidem probitatemque rursus introducere
laborant, maximè sunt rationabilia & reipubl. non parum
ex usu. Hinc modernus Sereniss. Saxon. Elector Domi-
nus Johann. Georg. II. singularem hujus statuti utilitatem
perspiciens, ei tenacissime inharere præcepit. in Resolut.
Grav. de anno 1661. tit. Von Justicien Sachen S. damit auch
männiglich sehe daß wir über richtigen bekäntlichen Schulden
zu verhelffen / und darwieder keine Ausflüchte zuverstatten / son-
dern guten credit zu des Landes Wohlfarth wieder aufzurich-
ten gnädigst gemeinet / so soll die Constitution von dem Schuld-
Thurm / hinführo bey allen Gerichten wiederumb genau obser-
viret / und in acht genommen / und darwieder im geringe-
sten nichts verstattet werden.

TANTUM!

00 46453


ULB Halle 3
002 937 530




~~4~~
56

1017







.32.

DISSERTATIO JURIDICA

DE

CARCERE
OBÆRATORUM

Vulgò

Schuld-Lohn

Quam

Deo auxiliante,

permissu

Amplissimi Jctorum Ordinis

in

Inclyta hâc Salanâ,

PRÆSIDE

DN. JOH. FRIDERICO GEORGI

J. U. D. & supremarum Curiarum Saxo-Ducalium

Advocato Ordinario

Publicæ Eruditorum disquisitioni

submittit

AUTOR

JOH. CHRISTOPHORUS DANNHAUER

Northusa Thuring.

Ad dem Julii

Literis Samuelis Adolphi Mülleri, Anno 1679.